e-codices

sunt, et in privatis deniq hominibus, qui cogitatione
mente, oculis, animoq, quam iucundissimè hisce illeceb
ris inhaerere solent, hic inquam fructum omne desper
ate, sed quid multis disputo? nonne fuerunt in hoc ali
quando monasterio instrumenta musica? fuerunt? cur
hodie non apparent? quis ea proscripsit? qua de causa?
nempe omnia probate et quod bonum est tenete in
quit vas illud electionis S. P. putatis ne igitur ea
non in hodiernum usq diem fuisse permansura ~~[illegible]~~
si quid commodi, si quid utilitatis huic loco contulis
sent? ita planè sentire mecu omnes debetis, verum ne
quis existimet solum in hoc coenobio Orpheos fuisse
reiectos, nonne Anastasius iis ecclesias interdixit? nonne
familia Seraphici Patris Francisci illis non utitur?
nonne Chartusiani iis carent? nonne P. M: ea in cap
ella sua non adhibet? quid plura desideratis nonne celeb
errimi doctissimiq viri Jesuwithae iis abstinent? nec mirū
mihi videri potest, dum considero has fidium illecebras
atq delitias paulatim à litterarum studiis alienos
aversosq facere animos, totos cogitatione et mente
ipsa convertere, ac deniq taedium et nauseam librorū
inducere, et tamen nunc ego congrediar tenebrarū prin
ceps Lucifer, aut tu nequissime impostor per nonullos
ita instanter enixeq postulas, ut recipiantur atq
suscipiantur? an vt divinus cultus promoveatur? ô bone

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 290r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/290r)